

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Vaticinia,|| Siue|| Prophetiæ|| Abbatis|| Ioachimi,|| &||  
Anselmi Episcopi|| Marsicani,||**

**Joachim <von Fiore>**

**Venetiis, 1589**

Vaticinivm XXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-248994](#)

### ADNOTATIONES

& ambabus manibus ante pectus duos paruos vrsinos catus retinēs, estque à lœua ipsius Pontificis Cydatis, & infra caput numerales literæ maiores P.C.P. Vaticinium verò hæc refert.

Grandis Aquila nigra surget, ocius expurgiscetur, tender alas, & rostrū in pingue. Hæc aquila Romanum Imperium ortum ex Alamania, cuius insigne Aquila nigra est. Hæc Aquila segregabit argentum à plumbo, de Aquila hac fatis diximus, quod in iudicium Ecclesiasticorum virorum data sit. Morietur in I.

Iohannes Heremita ait. Ab Aquilone veniet, & intrabit sanctuarium, & Ecclesiam renouabit fratribus. Et Capistranus. Ceruleus, ac glaucus color niger fiet, mortalitas, ignes, cœlum turbatū. Nos hæc omnia de optimo quodam Princeps Arctoi cœli dici conijcimus; modò impostorū fraudibus, & dolis haud iustè accepto: sed hæc suo tempore clare Deus O. M. reuelabit. cætera enim silentio tegenda, & usque ad tempus occultanda hominibus sunt; nam neque omnia, quæ scimus, aut videmus, expedit dicere.

### VATICINIVM XXVIII.

**V**T clare, & manifestè perspiciant homines vaticinia hæc ad futura: non autem ad præterita tempora respicere, adiungere voluimus inscriptionem illius nostri vestuti exemplaris, cuius imago est Pontifex sacerdotalibus vestibus indutus, manibus ante pectus hinc inde pallio tectis, ad illius lœuam descendit volans angelus ad eum litem mundum deferens. Hæc sunt inscriptionis verba.

Exurgam proper miseriam inopum, & pauperum gemitu, & ponam salutem, & fiducialiter agam, qui deuorerunt, & trepidauerunt, ubi timor non erat. Unde dicitur, quod in templo Domini erunt nummularij, & venditores spiritualium columbarum, populum humilem saluum faciam,

### I N V A T I C I N I A .

ciām, & oculos superborum humiliabo, & erit vnuſ Deus,  
& vna fides. Morietur in I. infra caput literæ. A.B.G. Qui ea  
ad futurum tempus spectare aſſeruerit, iſte hand male, mea  
ſententia, ſentiet: ſi qui erūt, quibus magis ad p̄aſterita h̄ec  
reſerfe arrideat, p̄imū illud ante oculos ſtatuar, Antichriſti  
tempora futura, quibus h̄ec ventura p̄addicūtur, nec tan-  
ta ſint pertinac̄e, vt ea Lutheruſ adſcribere velint. Nos  
quoque Lutheruſ perditissimum Sathanæ Mancipium  
fuſſe dicimus; verum eō longe peſtilentiorem, & inqui-  
natiōrem Caluinum; nemo illorum tamen Antichriſtus  
fuit: quamvis hic poſtremus magicis etiam ſceleribus ad-  
dictiſſimus fuerit. Itaque ſaniori intellectu de futuris ſan-  
ctiſſimiſ Pontificib⁹ h̄ec intelligenda ſunt, qui Eccleſiam  
reſtituent, & oues Christi diſpersas congregabunt. Nam cir-  
ca huius Pontificis tempora, hoc eſt, paulo poſt, reliquiae  
Iſraelis reſipisciſere incipient, & ad ſalutem, veramque  
veri Mefiaſ leſu Christi cognitionem properabunt. Eſt hoc  
poſtremum vaticinium in illo noſtro veſtuſiſſimo manu-  
ſcripto: nam p̄eſter Lituraruſ iniuriar, quas ab aliquo pue-  
to, cuius manib⁹ permifſus erat, forte paſſus eſt, paginæ  
quædam in eo laceratae, & diſceptae ſunt.

### V A T I C I N I V M XXIX.

N Oſ ex æde aurea Marciana h̄ic Venetijs, & ex quodā  
manuſcripto pallium ſtellis decorādum cenuimus.

### V A T I C I N I V M XXX.

C irca iſtius Pontificis tempora futurum Antichriſtum  
imago portēdit, & ad huiusmodi opinione adſtruendam  
plurima dicēda occurru: at unum illud ſatis ſit, non  
ab re, licet ſibi ſpiſſius p̄aſentis Chiliadiſ Pontifices ha-  
reant, eumdem eſte numerum horum quindecim, qui, &  
ſupe-